Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De Methoposcopia Astronomica

Finella, Filippo

Antuerpia, 1650

De Trigesimo Sagittarij Gradibus. Cap. 12

urn:nbn:de:bsz:31-95557

Visual Library

& à ſiniſtris Cinus cephalus, fient audaces, & futura præſcribent, libenterq, vaticinabuntur, qui in vulpe naſcentur, erũt malitioſi multum, audaces perſpicaces, maliq; atq; animoſos ſemper habebunt comites homines pro eorum auxilio, verum Saturnus, cuſtodes monumenti, & deceptione moriendos portendit, qui nati in Cino cephalo fuerint, mali erũt corporis habitus, ſterileſq; & tandem mala morientur morte; naturæ Saturni, Mercurijq; eſt hæc ſtella naturæ.

De Trigeſimo Sagittarij Gradibus.

Caput XII.

HOc Sagittarij maſculeum eſt ſignum, domus Iouis, igneæ naturæ, nempè calidum ſiccum, & ob ſuam proprietatem, cõmune eſt ſignum, in quo dragonis, exaltatur capud, illud agreditur Sol die 21. Nouembris, atq; gradum ibi ſiſtit vſq; ad 21. Decembris, quos indicat effectus dum aſcendit in aſcendente ſunt videlicet.

1

Primus Sagittarij gradus docet natos pios deiq; timoroſos, dum hic gradus primus aſcenderit, his gloriæ tropheaque tribuentur; at ſi habuerint vnam ex fortunis maioribus, vel eorum aſpectum per Trinum, vel Sextilem, erunt apud Reges primi, quare eorum quamque conſequentur dignitatem, ſi Martem, vel Saturnum, aut eorum turbatum oculum, dignitates auferrent, honoreſque, & hic gradus tali tempore cum maleficam ſubſtinuerit directionem, eorum bonum minuitur nomen, & eorum probitatem Saturni, Veneriſque naturæ eſt horum ſtella.

2

Homines efficit, dyabolicos, furioſos, & parumper inſanos, ſceleſtes, & falſi aſſertores, quibus, ſi fuerit Mars, vel Saturnus, aut eorum radij malefici, magis ſceleſtes impij, malique erunt, pluſquam vno ſubijcientur vitio, at Iouis præſentia, vel Veneris cum aſpectu benefico in prædictis gradibus, non ſolum temperat malignitatem gradus, verum, fortunatos illos reddit multum, Martis, Iouiſq; naturæ eſt eorum ſtella.

3

Homines hic gradus preſcribit ineptos, & ſuper omnia carebunt vno oculo, qui ſi Martem ſuſceperit, vel Saturnum, violenta morte peribunt, cum vero aſcendens benigne irradiabitur à Ioue, vel Venere, fuerint fortunati multum, nec oculum amittent, Saturni Veneriſq; eorum ſtella naturam ſuſcipit.

Hic

4

Hic gradus natos ſepulchrorum cuſtodes indicat, cui ſi Mars fuerit, vel Saturnus, erunt parui, ſeu obtuſi ingenij, ſemperque calamitatibus afficientur, & miſerijs, cumque vnū ibi maleficum miſerit ex infortunijs radium, repentina morientur morte veruntamen, Iouis, vel Veneris præſentia, aut eorum benignus oculus, illos facit fortunatos, & haud excogitata inuenient, quæ eorum eſt ſtella Saturni, Iouiſque eſt naturæ.

5

Gradus iſte ſignat ſeuos, impios, ſceleſtes, impuros, impudicoſque homines, erunt miſeri, atque ambitioſi, infamia afficientur, & malo nomine, quibus ſi Mars fuerit, vel Saturnus, aut per Quadratum, vel Oppoſitionē erit, propter iudicis morientur ſententiam, cumque

Io-

Iouis, vel Veneris habuerint præſentiam, vel oculum benignum, fient fortunati, Martis, Iouiſq; eſt eorum ſtella naturæ.

6

Fiunt hic homines nani, curuique, qui erunt multopere vitioſi, & mali, verum Iouis, vel Veneris aſpectus, vel præſentia in illis gradibus, haud mala moriũtur morte, at ſi ab infortunijs irradiabũtur maleficis, eorum violuntus putatus interitus, Mercurij, Martiſque naturam eorum ſequitur ſtella.

7

Iuſtitiæ probitati, & timori deditos hic gradus concedit homines, ijs ſecreta, & Principum iudicia credentur, eo magis ſi gradus ipſe Iouem habuerit, vel Venerem, vel illos oculo benigno irradiabitur gradus Mercurij eſt naturæ horum ſydus

Na-

8

Nati hic erunt ſtudioſi, paciſque amici, quibus ſi erit Iuppirer, longeui fuerint, pij atq; eorum familiæ primi, moltoſq; habebunt liberos, inter quos vnus erit, qui Regũ fuerit interpres, & cuſtos, in eorum ſenectute felicitas multiplicabitur propter eorum opera proba, & tandem longeui erunt, mortemq; connotant bonam; Mercurij naturæ eſt hæc ſtella.

9

Hic gradus ſuſcitat homines ſtudioſos, & perſpicacis ingenij, erunt Aſtrologi optimiq; Poetę, qui gradus ſi amplectetur Iouem, vel Venerem, aut aſcẽdentem benignis decoraretur aſpectibus, iuſti, pietoſiq; qui laudes ad honorem Dei cantabunt, ſi vero fortunarum loco ibi infortunæ præfuerint, erunt Poetæ ſatirici, maleq; dicentes. Mercurij, Martiſq; eſt illorum ſydus naturæ.

Ho-

10

Homines aſcribit gradus iſte, ſcrimitore, & armigeros, quos Martis in ipſis gradibus præſentia efficit gladiatores, & vulnere in capite, vel facie afficientur, Saturni vero, parum, vel nihil fortunatos futuros ſignificat, Iouis, magni illis fauētur domini, nec ſauciabuntur, ſi Veneris, vel Lunæ, protegentur à mulieribus, populiſq; cum Saturni, & Veneris natura horum videtur omnino coincidere ſtellam.

11

Ad bellum gradus iſte vndecimus conuocat homines, qui gradus ſi comitē habuerit Martem, vel oculum illorū malignum, ſeui mortē moriētur in bello propter inimicos, illoſque ſi irradiabit, vel illis præfuerit Iuppiter, faceret illos duces, & inter inimicos non morientur, qui ſi bonis, maliſque carebunt aſpectibus, haud eorum lin-

quent

quent vitam in bello; Saturni,& Veneris habet horum ſtella naturam.

12.

Homines inclinantur ab hoc gradu temeres,cupidoſq; nummorum, authores erunt mali, verum Mars cum oculo turbato, Lunaque quoque cum malo aſpectu cum Mercurio; vel Saturno, erunt homicidę maximi,at pręſentia alterius ex fortunis,vel maligni radij, vt ſupra non erunt, tamen ſi probis,maliſq;carebunt aſpectibus, ſupradictam conſequentur inclinationem, quam habent gradus iſti ſtellam, Saturni, & Veneris connotat naturam.

13

Homines hic gradus decimus tertius parui ingenij, qui ſi non vnum ex infortuniis receperit gradus, aut eorum radios maleficos, erũt parricidæ, nempè corũ patruum occiſores, & tandem violenta morientur morte, quibus ſi erit, vel irradiabit Iuppiter in octaua, haud homicidæ erunt, nec tali morientur violenta morte; horum graduũ ſtella, eſt Martis, & Mercurij naturæ conſentanea.

14

Sonatores in hoc gradu publici nati fuerint, ſiq; Mars cum Sole benignũ non oſtenſerit aſpectũ, à morbo vexabuntur oculorum, ſi vero Saturnum ſubſtinuerint, erũt miſeri, & infortunati, ſi Iouem, vel Venerem cum oculo benigno fortunatos illos futuros ipſe gradus docet, taliũ graduum ſtellam naturam Saturni, & Veneris imitatur.

In-

15

Inclinat iſte gradus homines melancholicos, & ſcientificos multum, imò armorũ magiſtros, rerumq; militariũ, quibus ſi Mars aderit gradibus, aut euis maleuolus oculus, bellum amplectentur, cuius cauſa eorum imponent vitæ terminum infeliciter, attamen ſi gradus ipſi aſcendentes Martis benignos ſuſceperint aſpectus, vel Saturni eorum non finent vitam in bello, ſi Iouem, vel Venerem per Trinum, vel Sextilem aut per Cõiunctionem ô quam multum ſecunda fruentur fortuna, quam habent hi gradus ſtellam; Saturni, & Veneris deuelat naturam.

16

Homines ab hoc decimo-ſexto gradu fiunt ceruicoſi, ſubitanei, furioſique quoties tamen gradus ipſi Iouem receperint, vel Venerẽ, vel eorũ benignos radios à morte euaderẽt ex ferro, ſi Martem, male morientur; illorum eſt Saturni Veneriſq; ſtellæ naturæ.

17

In armis verſatos hic gradus prædicat homines, & illorum amplectentes ludos, attamen Martis præſentia dum in ipſis inuenietur gradibus eos efficit probos, & valoroſos, atque inter alias, quas habebunt inclinationes, erunt agiles, venatoreſque cumque Iouem hi gradus ſuſceperint, miniſcalchi eruditi fuerint, ſi Venerem, ipſe ſuſceperit gradus aſcendens, tunc mulierum cauſa fortuna fruentur, ſi Saturnum, erunt tardi, & miſerabiles, cum Mercu-

rij

rij,& Martis illorum coincidit ſtellã.

18

Homines hic gradus decimus octauus impios; latrones ; malignos , atque omni plenos vitio,multopere malos , imò peſſimos portendit, hi liberos non habebunt, quibus ſi vnũ ex infortunijs maleficum habuerit aſpectũ , ſæui morte,& repentina morientur mortẽ ; attamen Iuppiter, vel Venus in octaua, aut gradibus illis beneficos retribueret radios ; quam diximus violentam auferent mortem , & ſecundam docerem fortunam,quam habet gradus iſti ſtellam Mercurialem , Martialemq; ſuſcipit naturam.

19

Homines armorum exercitijs deditos docet, ſteriles, qui filios nunquam habebunt, verũ gradus iſti aſcendens turbatum habentem oculum, ſi ſuſceperint Martem, tunc ſauciabuntur, ſi illos malefice irradiabit Saturnus, carceribus vexabuntur, & infirmitatibus, atque vexationibus multis, cumq; Iuppiter eos benefice aſpiciet, fortunati erunt. Quotieſcunque Iuppiter in quinta fuerit domo, aut Venus, habebunt filios, nec ſteriles erunt, quem habent prædicti gradus ſtellam cum Saturni, Veneriſque coincidit natura.

20

Hic gradus vigeſimus, natos exhibet turpes, nanos, deformoſque erunt curui, & ridiculoſi, verũ is gradus cum à duabus fortunis benigno perſpicietur oculo, multopere apud Principes fortunati fuerint, atq; cum dominis maximis, veruntamen, Martis, aut Saturni turbidus oculus, tales facit curuos, imò, & pauperes; horum graduum ſtella Martis, atq; Lunæ conſequitur naturam, & imitatur.

21

Sub hoc gradu naſcentes, erunt ceruioſi, & eorum opinionis amici homines, multis haud veſcentur cibis ob eorum determinatã opinionem, hos ad bellum ducit cum Mars in ipſis ad fuerit gradibus, at vero ſi in illis vnius ex fortunis aderunt aſpectus, cum dominis, quam maxime fortunat euaſuros putamus; horum graduum

ſtella, Martis atque Iouis naturam ſucipit, & am plectitur.

22

Homines in hoc gradu vigeſimoſecundo Sagittarij, eruditi inclinãtur ingenij, & profundæ doctrinæ, quandoq; gradus ipſi habuerint præſentem Iouem, erunt terrarum poſſeſſores, & eorum propter humanas actiones, equitum, pedonumq; regẽt exercitus, hi multas peragẽt, bellicoſas actiones, Ciuitates comburent, inimicorumque domus, atque cum vxore fortunati multum fuerint, & quoque cum eorum filijs, quæ eorum eſt ſtella, Martis, & Lunæ naturam demonſtrat.

Sub

23

Sub hoc gradu nati omnes morti beſtiarum cauſa in locis eremis, & deſertis ſubijciuntur, quod valde præſcribetur peius ſi gradus ipſi Martem, vel Saturnum habuerint comitem, aut illos malefice intueretur gradus, cum tamen Iuppiter ibi benignum habens oculum, vel Venus fuerit à violenta erũt omnino immunes morte, talium ſydus graduũ, Martis Lunæq; ſuſcipit naturam.

24

Redarij, & equorum rectores nati in hoc gradu præſcribuntur, quãdoq; Iouis amplectentur aſpectus, tales redarij, & equorum rectores fuerint Regum, quam ob rem, multis decorabuntur honoribus, ſi vero gradus illi Martis præſentiam, aut radios malignos cum aſcendente habuerint, violenta morte morientur, ſi Saturni, malefi-

ce tales irradiantis gradus ò quam inepti fuerint,& miſeri,veruntamen cum Venerem , illuſtrium mulierum cauſam eorum moderabitur fortuna, & inclinatio,idq; à magnis dominis quoq; imitabitur; Martialis , Lunariſq; eſt,quam habent hi gradus ſtellam prædominantem.

25

Quoties gradus iſte aſcẽderit, erunt tunc homines vitioſi,& vini alterationi ſubiecti ſomnolentiq; cum vero Martis in illis connotabitur gradibus præſentia, valdè magis peiores erũt, ſi namq; detempſerint præſentem Venerem, libidinoſi præſcribuntur multum,atq; eorum iuuentus laſciuiæ cauſa malo veſtietur nomine , ſi vero in fortunia illos turbato oculo reſpexerint gradus , turpis laſciuiæ cauſa publico condamnabuntur à curia patibulo maxima mediante infamia, loco tamen eorum, ſi Iouem , vel Venerem detempſerint benignos mittentes radios,aut eorum vnus in octaua fuerit domo : haud turpem talem recipient infamiam , quæ in ipſis eſt recondita

ſtel-

ſtella gradibus, Martis, & Lunæ naturam deuelat.

26

Fuerint cum nati in hoc gradu homines, volubiles, & multis enormis maculati vitijs; cumque gradus ipſi prædicti Martem habuerint, vel turbatum habentem oculum Saturnum, valdè magis erunt peiores, at vna ſibi ex duabus erit fortunis, venerabiles fient, & probi; eorũ ſtella cum Martis, & Mercurij natura coincidit.

27

Ex hoc vigeſimoſeptimo gradu, ſolitudinem amantes excipiuntur homines, qui miſerrime in nemoribus, ſiluiſque eorum terminũ imponent vitæ, ſi inquam, comitem ipſi gradus habuerint Martem ò quam multum infelices erunt, & tandem mortem ex vulceribus

ribus

ibus inc urabilibus mortem deſument, ſi vnã ex duabus in illis inuenietis fortunam, fortunati erunt, atq; commercij amici , nec vulcerati morientur, vltimò ſi probis, maliſq; carebunt aſpectibus, ſupradictam totam tunc inclinationem recipient; talium graduum ſtella, Iouis, Martiſq; imitatur omnino naturam,

28

Hic homines mulorum, vel aſinorum rectores deuelat gradus, cui multum dediti erunt exercitio, quibus ſi erit ex duobus infortunijs vnũ malignos habens radios, inepti erunt, eorumq; maior pars propter animalia obibunt prædicta, eorumq; cauſa diuites euadent, Iouis, Martiſque eſt eorum graduum ſtella naturæ.

29

Nonus, & vigeſimus iſte gradus, natos curuos, ridiculos hominibus propter eorum diffor-mitatem docet, ipſe tamen gradus vigeſimus nonus cum maligno radio à Marte, vel Saturno irradiabitur, illos multum vexabitur miſeria, ſi vero è contra Iouem, vel Venerem beneficos mittentem tali gradui radios habebit, ſecunda fruentur fortuna, atq; gratioſi erunt idem cum natura Iouis, & Martis eſt huius gradus ſydus.

30

Vltimus is, ſeù trigeſimus Sagittarij gradus, graciles multum, infelices, ineptos, malignos, inuidioſos, & moriendos beſtiarum cauſa homines ſuſcitat, qui ſi Martis, vel Saturni ſubſtinuerit præſentiam, erunt ſteriles, ſi in extrema Sagittarij parte fuerit deſuper cauda, natos faceret debiles, & imbecillos, veruntamen

men infra caudam nati, tortuoſos habentes oculos erunt, curſoreſq; fuerint, velociſſimi, alienæ ſubijcientur poteſtati, hi à ſanguine ſtimulabuntur multum, faciei erunt longę, & periculum nè ab animalibus lacerentur quadrupedibus habebunt, imò miſerrime morituri in dextra primæ Sagittarij ſub oritur ſtel la illa, nauis Argi dicta, in ſiniſtra, Canis. Quicunque in aſcendente habuerit, Nauem, gubernator fuerit nauiumq; rector, qui cum in occidentali parte ortum ducent, illam partem verſus nauigabunt, atq; illos ſi Mars aſpiceret gradus aſcendentis, fueritq; in Oriente à piratis occidendos illos nuunciat, ij vero, qui Canem ſeruauerint in aſcendente, litigioſi, quærelanteſque ſignificantur, quibus ſi Mercurius præfuerit gradibus, probi erunt, atq; principales aduocati, amicique Regum, & dominorum magnorum, optimiq; figurantur Oratores.

Qui aſcendentem oſtenſerint cum ore Cani, parui, vel exigui fuerint viſus, atq; maculatum habuerint os vulceribus, aut prauo aliquo alio affectu præter naturam plenum.

Omnes illi, qui hanc prædictam inclinationem ſuſceperint, naturali loquendi nimis, ſeu loquacitate magna textantur. Talium

ſtel-

ſtella omnino Iouis,& Martis imitatur,ſuſcipitq; naturam.

De Trigeſimo Capricorni Gradibus.

Cap.XIII.

SOlſtitium hyemale eſt Capricornus, in hoc ſigno, incrementum incipit deſumere dies,fœmineum eſt naturæ terræ, quia frigidum ſiccum; domus Saturni, Martiſque exaltatio; hoc agreditur ſignum Sol 21. Decembris ad 21. Ianuarij vſq; eiuſq; hæc ſunt ſignificata.